

VISIMARVS REX HERVLORVM.



**V**isimarus ex regia Herulorum & Vandalo-  
rum familia prognatus, apud Germanos an-  
no Christi trecentesimo quadragesimo in magna  
authoritate extitit. Itaq; Herulorū rex electus est,  
Is ut suā regionē ædificijs excoleret, Vismariā ur-  
bē cōdīdit, q; postea eius ditionis metropolis fuit.  
Cū aut̄ Gebericus Gothorū rex incredibili homi-  
nū multitudine paternis sedib. egressi, eas partes  
uaſtarēt, Visimarus ad tēpus eorum furorī cessit,  
atq; sese ad Danubiū cōtulit. In eo loco Cōſtantin-  
nus Imperator Visimaro ob insignes uirtutes par-  
tem aliquam inferioris Pannoniæ attribuit, quæ  
postea à Hunnis occupata Hungaria dicta fuit.